



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pe pagomenus>

Lvtetiae, 1612

xxxvj. Remedium ad morbum comitiale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

obline accipitrem, tuebere ab omni ægritudine.

Ad conseruandos pullos accipitrum.

FOLII siccum, piperis, carpobalsami, singulorum scrupulum, laferis sesqui-scrupulum, contrita cibrata commisce cum melle, quod satis sit, hisque alline.

Remedium ad morbum comitalem.

SI comitali morbo conuellitur accipi-ter, ei coctam vespertilionem comedendam præbe, & sanus fiet: aut hœdi ce-rebrum, quod per annulum aureum tra-ductum sit, præbe manducandum.

Si conuulsionibus corripitur.

CYPERI, musci, herbæ nuncupatæ dri-mytagæ, oenanthes, lactis caprini, vri-næ, stercorisque humani æqualia ponde-ra, arida trita, liquidis mixta infundantur.

Quibus subita vertigines obuersantur.

SIGNIFICATIONEM accipiter huius morbi dat. nam subita vertigine corri-pitur, neque stare potest. Sumito pedicu-lariæ grana quinque, ipsaque trita & cri-